

St. Matthias was elected to take the place of Judas among the apostles. He is honored as a martyr by the Church. In the Roman Canon of the Mass the name of Matthias is not among those of the twelve apostles, whose number is completed by the addition of the name of Paul. In the series of apostolic men in the prayer preceding the Pater noster, Matthias is named between St. Stephen, the Proto-martyr, and the Apostle Barnabas. His relics are said to be kept in the Basilica of St. Mary Major. St. Clement of Alexandria says that he gave to us the beautiful maxim: "We must wholly subdue the body through mortification, subjecting it to the spirit of the crucified Jesus."

INTROIT Psalms 138: 17

Mihi autem inimicis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. (Ps 138: 1-2)
 Dómine, probásti me et cognovísti me: tu cognovísti sessiónem meam et resurrectionem meam. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

COLLECT

Deus, qui beátum Matthíam Apostolórum tuórum collégio sociásti: tríbue, quæsumus; ut, ejus interventióne, tuæ circa nos pietátis semper víscera sentiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Lenten Feria

Inchoáta jejúnia, quæsumus, Dómine, benigno favóre proséquere: ut observántiam, quam corporáliter exhibémus, méntibus étiam sincéris exercére valeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Acts 1: 15-26

In diébus illis exsurgens Petrus in médiis fratrum, dixit - erat autem turba hóminum simul, fere centum viginti -: Viri fratres, opórtet impléri Scriptúram, quam prædixit Spirítus Sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eórum, qui comprehendérunt Jesum: qui connumerátus erat in nobis, et sortítus est sortem ministérii hujus. Et hic quidem possédit agrum de mercéde iniquitátis, et suspénsus crépuit médius: et diffúsa sunt ómnia víscera ejus. Et notum factum est ómnibus habitántibus Jerúsalem, ita ut appellarétur ager ille, lingua eórum, Hacéldama, hoc est ager sanguínis. Scriptum est enim in libro Psalmórum: Fiat commorátio eórum desérta, et non sit, qui inhábitet in ea: et episcopus ejus accípiat alter. Opórtet ergo ex his viris, qui nobíscum sunt congregáti in omni témpore, quo intrávit et exívit inter nos Dóminus Jesus, incípiens a baptísmate Joánnis usque in diem, qua assúptus est a nobis, testem resurrectionis ejus nobíscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos, Joseph qui vocabátur Bársabas, qui cognominátus est Justus, et Matthíam. Et orántes dixerunt: Tu, Dómine, qui corda nosti ómnium, osténde, quem elégeris ex his duóbus unum, accípere locum ministérii hujus et apostolátus, de quo prævaricátus est Judas, ut abíret in locum suum. Et dedérunt sortes eis, et cécidit sors super Matthíam, et annumerátus est cum undecim Apóstolis.

GRADUAL Psalms 138: 17-18

Nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur.

TRACT Psalms 20: 3-4

Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei: et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum. Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis. Posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso.

GOSPEL Matthew 11: 25-30

In illo témpore: Respóndens Jesus, dixit: Confíteor tibi, Pater, Dómine cæli et terræ, quia abscondísti hæc a sapiéntibus et prudentibus, et revelásti ea parvulis. Ita, Pater: quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia mihi tradíta sunt a Patre meo. Et nemo novit Fílium nisi Pater: neque Patrem novit nisi Fílius, et cui volúerit Fílius reveláre. Veníte ad me, omnes, qui laborátis et oneráti estis, et ego reficiam vos. Tóllite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et húmilis corde: et invenietis réquiem animábus vestris. Jugum enim meum suáve est et onus meum leve.

OFFERTORY Psalms 44: 17-18

Constitues eos príncipes super omnem terram: memores erunt nóminis tui, Dómine, in omni progénie et generatióne.

SECRET

Hóstias tibi, Dómine, quas nómini tuo sacrándas offerímus, sancti Matthiæ Apóstoli tui prosequátur orátio: per quam nos expiári fácias et deféndi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Lenten Feria

Sacrificium, Dómine, observántiæ quadragesimális, quod offerímus, præsta, quæsumus: ut tibi et mentes nostraré reddat accéptum, et continéntiæ promptiósus nobis tríbuat facultátem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE APOSTLES

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te Dómine supplicíter exoráre, ut gregem Tuum pastor ætérne, non déseras: sed per beátos Apóstolos tuos continúa protectióne custódiás. Ut iisdem rectóribus gubernétur, quos óperis Tui vicários eidem contulísti præesse pastóres. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni milítia cælestis exércitus, hymnum glóriæ Tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNION Matthew 19: 28

Vos, qui secúti estis me, sedébitis super sedes, judicántes duódecim tribus Israël.

POSTCOMMUNION

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut per hæc sancta, quæ súmpsimus, interveniénte beáto Matthiá Apóstolo tuo, véniam consequámur et pacem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Commemoration of Lenten Feria

Spirítum nobis, Dómine, tuæ cantátis infúnde: ut, quos uno pane cælesti satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

To me Thy friends, O God, are made exceedingly honorable: their principality is exceedingly strengthened. (Ps. 138: 1-2) Lord, Thou hast proved me, and known me: Thou hast known my sitting down, and my rising up. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. To me Thy friends, O God, are made exceedingly honorable: their principality is exceedingly strengthened.

O God, who didst join blessed Matthias to the company of Thine Apostles: grant, we beseech Thee, that by his intercession, we may ever sense within us Thy tender mercy surrounding us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May Thy kindly favor, we beseech Thee, O Lord, accompany the fast we have begun, that we may be able to practice with a pure mind what we perform bodily. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, Peter rising up in the midst of the brethren said (now the number of persons together was about hundred and twenty): Men and brethren, the Scripture must needs be fulfilled which the Holy Ghost spoke before by the mouth of David concerning Judas, who was the leader of them that apprehended Jesus; who was numbered with us, and had obtained part of this ministry. And he indeed hath possessed a field of the reward of iniquity; and, being hanged, burst asunder in the midst; and all his bowels gushed out. And it became known to all the inhabitants of Jerusalem, so that the same field was called in their tongue Hacedama, that is to say, the field of blood. For it is written in the book of Psalms: Let their habitation become desolate, and let there be none to dwell therein: and his bishopric let another take. Wherefore of these men, who have companied with us, all the time that the Lord Jesus came in and went out among us, beginning from the baptism of John until the day wherein He was taken up from us, one of these must be made a witness with us of His Resurrection. And they appointed two; Joseph called Barsabas, who was surnamed Justus, and Matthias. And praying they said: Thou Lord, who knowest the hearts of all men, show whether of these two Thou hast chosen, to take the place of this ministry and apostleship, from which Judas hath by transgression fallen, that he might go to his own place. And they gave them lots, and the lot fell upon Matthias, and he was numbered with the eleven apostles.

Thy friends, O God, are exceedingly honorable; their principality is exceedingly strengthened. I will number them, and they shall be multiplied above the sand.

Thou hast given him his heart's desire; and hast not withheld from him the will of his lips. For Thou hast prevented him with blessings of sweetness. Thou hast set on his head a crown of precious stones.

At that time, Jesus answered and said: I confess to thee, O Father, Lord of heaven and earth, because Thou hast hid these things from the wise and prudent, and hast revealed them to the little ones. Yea, Father; for so hath it seemed good in Thy sight. All things are delivered to me by my Father. And no one knoweth the Son, but the Father: neither doth any one know the Father, but the Son, and he to whom it shall please the Son to reveal him. Come to me, all you that labor, and are burdened, and I will refresh you. Take up my yoke upon you, and learn of me, because I am meek, and humble of heart: and you shall find rest to your souls. For my yoke is sweet and my burden light.

Thou shalt make them princes over all the earth: they shall remember Thy name, O Lord, in every progeny and generation.

May the prayer of Thy holy Apostle Matthias, accompany the sacrifice which we offer to Thy name O Lord, and that through it we may be both purified and defended. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant, O Lord, we beseech Thee, that as we offer the sacrifice of Lent, our hearts may be made acceptable to Thee; and the sacrifice may give us greater willingness for self-denial. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, to entreat Thee humbly, O Lord, that Thou wouldst not desert Thy flock, O everlasting Shepherd, but, through Thy blessed Apostles, wouldst keep it under Thy constant protection; that it may be governed by those same rulers, whom as vicars of Thy work, Thou didst set over it to be its pastors. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

You who have followed Me shall sit on seats judging the twelve tribes of Israel.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that by these holy mysteries which we have received, through the intercession of Thine blessed Apostle Matthias, we may obtain both pardon and peace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Fill us, O Lord, with the spirit of Thy love, to unite in charity those whom Thou hast filled with one and the same heavenly Bread. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.